

non omnes prophætæ. non omnes doctores. non
omnes inquit habent gratiam curationum. neq;
omnes inquit linquis loquuntur. In singulis
enim hominibus. uniuersa dona diuina esse
non possunt; pro captu unusquisque id accipit.
quod autem desiderat. aut meretur; Sed non
huius infirmitatis. similis potentia trinitatis.
qua omnium munifica gratiarum est. Denique
posuit apostolos dñs. Hos quos dñs posuit in eccle
sia. xp̄s elegit; & apostolos ordinavit. & mor
bem direxit dicens. Ite in orbem uniuersum.
& predicate euangelium. uniuersæ creature;
Et qui crediderit. & quibus patratus fuerit. hic
saluus erit. Qui uero non crediderit. damna
bitur; Signa autem credentes ista sequentur.
In nomine meo demonia eicient. linquis lo
quentur nouis. serpentes tollent; Et si morti
ferum quid biberint. non illis nocebit; Supra
egros manus imponent. & bene habebunt;
Ecce doctores posuit pater. posuit & iam xp̄s
in ecclesiis; Et sicut pater dat gratiam curati